


✠ DE ARTIFICIALI PERSPECTIVA ✠



VIATOR ✠

Hi.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

De perspectiua positiua: Cōpendiū.

Fundamentis edificatum iri. Mox sensim extruendum corpus, & tectum imponendū. Etenim (quod philosophicis speculationibus perspectum est) omnes res videntur tanq̄ per lineas ab oculo egredientes: scilicet p̄ triangulū. Cui⁹ basis est res visa: eiusq; diameter / super partes ipsius rei vise discurrit. Sed lux ab oculo non egreditur: verum ex lucis exterioris splendoze in oculum cadēte / fit reflexio / quasi a speculo ignito: per quam forme rerum concipiūtur. Quarūquidem formarum designatiua expressio / deriuatur a puncto. Qui licet indiuiduus sit: euoluitur tamen / & in lineam ac lineas explicatur. Ex quibus figure componuntur: per quas / cum punctis et lineis huiusmodi / via ad propositum aperitur.

Punctus principalis in perspectiua / debet ad normam oculi cōstitui: qui p̄ctus / dicitur fixus vel subiectus. Deinde linea produci ad vtramq; partem: et in ea duo alia puncta / equedistantia a subiecto signari: propiora in presenti / et remotiora in distantī visu: que dicunt̄ tertia puncta. Possunt eciam fieri in ipsa linea alia puncta: vbi apparatus edificiū plurium āgulozum / vel aliud quid situ diuersum / occurrerit. Dicitur autem pyramidalis: quia anguli seu acies pyramidū (de quibus postea dicetur) ex punctis in ea signatis deducuntur. Vocatur eciam orizontalis: quia solem orientē ostendit / et occidētē abscondit. Et semper equat oculum hominis vbiq; fuerit: eciam si turrim excelsam ascenderit / vel superciliū montis. Ad quam quoq; altitudinē / extremitas / seu terre / siue maris / debet semper terminari. Nisi altiores intermedii montes fuerint obiecti.


Deinde alia inferior linea statuēda est / que terrea dicitur: & in ea (si edificiū supererigi / vel dimensionis ratio concipi pretendat)

puncta partita / cum circino apte aperto / disponi: plura / vel pauciora:
secundum oportunitatem propositi. Interagendum etiam aliis punctis
apparatu rerum necessariis / utendum erit: que hic non designantur
sed manifestabuntur per figuras.

Pures quoque alie ducende sunt linee: quarum omnes / a punctis
in linea pyramidalis constitutis exeuntes / generaliter dicuntur ra-
diales: quia procedunt ab ipsis / tanquam radii a sole vel stellis. Specia-
liter tamen / laterales pyramidum / nominantur visuales: subiectum in
perspectiva denotantes: et earum medie / diametrales. Linee vero com-
missuris seu adunationibus edificiorum deseruientes / seu directe siue
perpendiculares: non habent alia superaddita nomina.

Figurarum autem: alie ponuntur pro elementis: alie pro exem-
plis / seu inductiuis: Sed hic primum / de his que pro elementis ha-
bentur / fit mentio. Que omnes / a spherica / tanquam a matre / originem tra-
hant: Nam trigonus / & tetragonus (qui maxime perspective deserui-
unt) ab ea deducuntur: seu per eam iustificuntur. A trigono quidem / pira-
midis procedunt: que etiam pice ignis similitudinem preferunt: late
deorsum / & sursum acute. Et possunt singule fieri latiores / vel arctiores:
longiores / vel breuiores: Alieque figurari pro exigentia operum. Nam
iacenti a dextris / fit contraria a sinistris: et pendentis similiter. Omnes
tamen quocumque modo fiant / concurrunt / et inuicem (sicut littere) ope-
rantur: earumque anguli seu acies / ex punctis in linea pyramidalis assi-
gnatis oriuntur. Excepta acie pyramidis penultimo loco subsignate
que a puncto in aerem coniecto deducitur. Si quas autem aliunde de-
duci oportebit: rerum fingendarum speculatio docebit. Prima autem
figura / trigonus / vel triangulus dicitur. Secunda / pyramis recta. Ter-
cia / euerfa. Quarta / iacens. Quinta / duplex. Sexta / diffusa. Septima /
bicornis vel cornuta. Octaua / pendens vel inclinata. Nona (de qua

premissum est) aerea. Decima tetragonus vel tetragulus. Per quae spacia depingenda disponenda sunt: Aut pavimento limitato / aut (si reb⁹ fingēdis / vel ordinationi earū necessariū fuerit) distāciis discretis.



Queterum diuersitas aspectuum rerum obiectarū semper cōside-
randa est: presertim edificiorum. Nam aut visuntur a frōte: aut
ab angulo. Equilateraliter: vel inequilateraliter. Ex cōmuni: aut ele-
uata sede. Et (sicut pretactum est) de presenti: aut distanti visu. In per-
sonis quoq; in eisdem statuendis / adequanda est quantitas earum / ad
magnitudinem ipsorum edificiorum: vt singula rite quadret / et indu-
striam artificialem redoleant.

Adhuc notandum est / q; res siue magnitudo visibilis (que est ma-
teria huius artis) quandoq; aspicitur / vt ab integro cōcipiatur:
et tunc diameter piramidis / seu trianguli visualis / cadit ex directo sup
ipsam rem. Nōnunq; aspicitur / vt pars aliqua attentius intueatur: et
tunc diameter piramidis ad ipsam partē conuertitur. Quemadmodū
acus horologii (quod quadrantē vocant) si lapis magnes circumducā.
Cuius propositi exemplum patet per tetragonum / primo suppositū:
erectum quidem / et eleuatū: quem qui totum simul aspexerit / prioris
propositi argumētum tenebit. Qui autem ad cornu seu angulum dex-
trum inflexerit oculum: illic virtus visiuā trāfferet piramidis diame-
trum. Qui vero ad leuam reflexerit / similiter.

Minoratio autem tetragoni strati / cōprehenditur per lineas visu-
ales / a pūcto subiecto super inferiores seu proximos eiusd angu-
los cadentes: et per sectiōes diametrorū piramidarū inclinatarū / pro-
tensarum a terciis pūctis / duplo a subiecto remotis / vel amplius / aut

etiam minus secundum sedem fingentis: et presentem aut distantem
visū. Circulus vero qui circa tetragonū erectū extat specie⁹ / circa stratum
fit ovalis / aut lenticularis / secundū differentias sedium / et visuū
premissorum. Que propositiones / super secundā figuram possunt cō-
prehendi. Tercia deinde figura / tetragonum ipsum continet / absq; spe-
rali circumferentia: remanētibus pyramidibus premissis. Que tamē
deinceps in aliis sequentibus figuris / non ponentur in integrum: sed
id solum ex eis quod erit necessarium. Licet suffingantur semper / vel
subintelligantur: vt constabit intuentibus.

Dimuntio quoq; pauimenti / accipitur super huiusmodi tetra-
gonum / pūctis partitum / et lineis radialibus distinctum / a sec-
tiōibus diametrozū pyramidarū inclinatarum / sicut premissum est:
vt quarta / quinta / et sexta figuris / cum quatuor sequētibus pluribus
modis ostenditur. Et possunt fieri alia diuersa pauimēta et multipli-
cari ac dilatari / ad placitum. **Q**ui planiciei campestris spacia
diminuire voluerit: protractis lineis rectis pauimēti sufficti / intentū
habebit. Nisi alia geometrali industria id facere pernouerit. Quā-
titas vero seu minoratio personarū: duobus modis accipitur. aut enī
ex cōmuni: aut ex eleuata sede conspiciuntur. Si ex sede cōmuni: a situ
pedum earum capiuntur: et linea pyramidalī. Quam eciam lineam /
persone huiusmodi / possunt a luminibus sursum excedere: vel āplius
in proceriore aut gigātea magnitudine. Si ex eleuata sede: vtendū
est inclinata pyramide / a puncto subiecto vel altero ex terciis exeunte:
cuius latitudo basis / aperiatur / ad altitudinem proxime seu maioris
persone / in spacio statuende: secundum cuius pyramidis inarctationē
persone huiusmodi / a plantis ad summa capitum / accipiet minorati-
onem: Quarū triū propositionū / ponuntur exempla / per tres figuras
sequentes pauimenta. Ex quibus figuris nouissima ordinat secundū
sedem paulum eleuatam tantum / que tamē altius potest eleuari: etiā
super eleuari: et linea orizontalis / ac acies pyramidis inclinate / simul
in altari / prolongari ue / aut dilatari / vt prenotatū est in articulo de fi-
guris elementaribus: prout et plane comprehendetur ab intentis spe-
culatoribus. **U**biq; autem pueri vel adolefcētes erunt fingendi:

pro etatibus singulorum veniet in quantitate altitudinis metiendi: Quibus pueris/ceterisque ubilibet assignatis personis/proportiones legitime dabitur pro magnitudinibus suis. Et quod de personis per omnia dicitur: de ceteris animantibus similiter intelligitur. Porro: diminutio latitudinis columnarum/et similium rerum/accipitur ex diminutionibus tetragonum/superelevatis/tamquam a basi/columnis et rebus huiusmodi. Altitudines vero/constant per pyramides oportunas: iacentes scilicet/aut pendentes/secundum earundem columnarum sublimitatem/et videntis sedem. Sed hoc advertendum est/et in visu multum distanti seu longinquo: expedit sepe numero uti industria et ingenio. Similiter et in multis aliis/speculationi argutiorum relictis.

Dicoinde (supradictis ad effectum pre-tentum plane susceptis) figure exemplares ad inducivam descripte videantur. Quarum nonnullae ex memoria structurarum/et picturarum quandoque visarum. Aliae ex ipsa speculatione sunt erecte. Quae concipiuntur per elementa praemissa/tamquam per litteras verba: Quin potius/super huiusmodi figuris/intelligentur eorumdem elementorum officia: quoniam videlicet/planis formis statuendis (a quibus edificia huiusmodi exurgunt) et rebus effingendis/ac commissuris/seu adunationibus earum/manuductivam habent aptitudinem. In figuris quidem edificiorum a fronte conspctorum/pyramis recta pavimentum constituit: et due vel plures hinc inde iacentes latera seu parietes: Eversa vero/testudinem aut tectum desuper. In edificiis quoque ab angulo conspectis/diffusa et bicornis operantur: duplex in utrisque pendens pluribus rebus: aerea nonnullis gradibus ponendis deseruit. Cetera videbuntur experimento ipsarum figurarum: In quibus tamen/proportiones particulares personarum/non observantur precise: sed quantitates magnitudinum maxime: quae/ad propositum faciunt. Nec edificia protrahuntur/aut variantur ad omnem plenitudinem: propter spaciozum angustias/et faciliozem conceptum artis/et operis: Operis quidem non pictoris sed pictorum et artificum/atque omnium amatoris: Qui/querentibus perspective exordia/qualia ex libris/et designationibus/ac oraculis peritissimorum/

addita exercitatione/ consequi potuit: fines leucorū pertransiens/ pro-
mere voluit. Preter que/ multa sunt/ et artis/ et nobilis pingendi sub-
tilitatis archana: longa eruditione doctiorū/ et actuali rerum natura-
lium atq; artificialiū contuitu/ et per mensa obfiguratiōe exquirenda.
Sculptorum autem nondum tritorum: ipsiusq; protrahentis sextam
decadem percurrētis omīssa/ vel minus explorata/ dirigant videntes:
leni peniculo perficientes omnia: Ad laudem summi artificis dei pa-
tris: et filii: & spiritus sancti. Qui ad perspiciendam regiam gloriosis-
sime maiestatis sue/ perducatur omnes pacificos viatores terre: In quas
sicut patres nostri/ aduene sumus/ et Peregrini.

Pro cūctis orat fictor scriptorq; libelli

Lunctorū pariter supplicat ipse preces.

